





13256.

1687/1

17

Q. D. B. V.

DENUNCIATIONEM LITIS

DISSERTATIONE INAUGURALI,

*RRÆSIDE SOLO DEO,
EX DECRETO*

*MAGNIFICI FACTORUM ORDINIS
IN ALMA LVDOVICIANA,*

PRO

LICENTIA

CONSEQUENDI SUMMOS IN UTROq; JURE
HONORES ET PRIVILEGIA DOCTORALIA,

*EXCELL. DNN. PROCERVVM ACADEMICORVM
publica disquisitioni
exhibet*

JOHANNES CAROLUS FAUSTIUS,
Argentoratensis,

Ad de Martii Ann. MDCLXXXVII.



GISSÆ HASSORUM,

Imprimebat CHRISTOPH. HERMANNUS KARGERUS, Acad. Typogr.

67



10

O. D. B. N.

DE IURIS
TATIONEM LITIS
DISSERTATIONE IN ALCURALL

AR. 1772. 2000. DEG.
EX. 1772. 2000.

CAUSAM LITIS IN ORDINE
IN ALCURALL

LITIS

CONSEQUI DI. SEMMOS IN ALCURALL
HONORIS ET TRIVITIA DOCTORALIA

ACADEMIAE LITIS

JOHANNES CAROLUS LITIS

ALICURALL



ALICURALL

ALICURALL

Handwritten mark





J. J.

§. I.



DE *Litis Denunciatione*, materiã omnium JCoꝝum sensu utilissimã pariter, ac in foro frequentissimã, v. Roding. *Pand. Cam. l. 3. tit. 4. p. m. 565.* Speciminis inauguralis loco agenti, receptam mihi placuit servare methodum, ut *quid* illa sit videatur primò, quæ *Causa Efficiens* deinde, *quisq;* eã *natur*, *Cui*, *quã* *forma*, *tempore*, & *quo loco* fiat, *quis* ejus *Finis*, itidemque porro *Effectus* sit, quibus *Contraria* denique & *Affinia* paucis adnectenda erunt. Antequam autem hoc aggredior, Summi Patris, Filii ac Spiritus Sancti, quorum unam Deitatem sub pari Majestate, & sub piã Trinitate credimus piè & veneramur *l. i. in f. C. de Summ. Trinit.* divinam clementiam supplicibus precibus oro, ut benedicere labori meo benignissimè dignetur.

§. II.

Variè autem, ut hinc ordiar, verbum *Denunciationis*, tum *Definitio nominis*, leges, tum harum autoritate nixi DD. sumunt: namque vel (1.) civilem interpellationem sive compellationem creditoris denotat, quo pertinet, quod nullam hoc tempore (intellige solennem & ordinariam, quæ qualis fuerit, egregiè ex Cujacio 16. *Obs. 17.* tradit Locam. *in not. ad §. 15. 7. de Act.*) *denunciationem* fieri Imperator ait: *in d. §. 15. 7. de Act.* Vel (2) idem ac prohibitio est, quomodo Ulp. *in l. 5. §. 5. ff. de nov. op. nunc. & Imper. in l. un. C. eod.* novum opus denunciare dixit: Vel (3) criminis alicujus apud Judicem sine inscriptione tamen factam delationem significat, *l. 4. ff. pr. ad SCt. Turp. l. 7. C. de Accusat. t. t. x. de Accus. inscrip. & denunc.* quo intellectu alia denunciatio civilis, alia Canonica, è SS. Canonibus prodita. *c. 2. c. 3. c. 20. x. de Accus. c. 7. x. de cogn.*

Spiritus. alia Evangelica dicitur, quæ originem ex Evangelio habet: & potest describi: quod sit remedium extraordinarium canonicum, quo aliquis juris civilis actionibus & auxiliis destitutus, adversus peccantem in subsidium utitur, quem duplici monitione privata, & testibus adhibitis premissa, & à peccatore spretâ Ecclesia denunciât, petitq; quo ipsa denunciatum, ut è peccato exeat, & ad poenitentiam, consequenterq; rei injustè detenta restitutionem Ecclesiasticis mediis & censuris cogat compellatve. Vid. *Math. c. 18. v. 15. 16. 17. Luc. c. 17. v. 3. Dn. de Jena, tract. de Sct. Maced. & in eod. de denunci. Evangel. Sect. 4. aph. 4. n. 6. & Herm. Schmid. Dissert. de denunci. Evang. th. 3.* Est & alia famosa pariter, & communi gentium Jure recepta *Belli denunciatio*, quæ & *indictio* vocatur, quam Josephus *Histor. lib. XV.* respiciens, bellum inferre ait: *non ante denunciatum injustum est.* Hug. Grot. *de J. B. & P. l. 3. c. 3.* Sed harum acceptionum, nulla hic sibi vindicat locum, quoniam de illâ sumus denunciatione acturi de quâ in *l. 49. ff. de Judic. & passim sub tit. ff. de Eviçt.* scilicet per quam autorem nostrum, seu à quo rem à nobis petitam acquisivimus, excitamus & admonemus, ut ad judicium veniat, & rei petitiæ defensionem subeat, quam aliàs Autoris laudationem, ex *l. 63. §. 1. de Eviçt.* Schola Doctorum vocare suevit: *Litis Denunciatio* dicitur, non quod litigare cum Autore suo velit possessor (hoc enim *litis contestationis* est, quippe quæ propterea ita dicitur, quod alter alteri contestetur, se litigare, nec cedere velle aliàs *die Befestigung des Kriegs*!) sed quia lis possessori ab alio jam mota, ipsi autori significatur, ut de statu litis certioratus adveniat & defendat.

§. III.

Ex quo nunc spontè genuina ejus descriptio fluit, nimirum *litis denunciatio, est litis motæ significatio, autori judicii suscipiendi, causæ defendendæ & assistendi gratia facta*: significationem dixi, quia utique per denunciationem hanc lis autori significatur, ipseque sit certior, sed nec tamen est significatio de re quavis, verum de lite successori motâ, ut facillè sic à reliquis denunciationibus separetur, præsertim si finem respicimus, qui pariter definitioni insertus est.

§. IV.

*Definitio
vii,*

Fit denunciatio ab omni eo, cui ratione rei, quam suo quidem nomine possidet, ab alio verò accepit, quæstio & controversia movetur. Ubi nil refert, oneroso an lucrativo titulo rem consecutus fuerit, modò autorem ratione evictionis obligatum habeat: unde de *emtor*e res dubio caret: quis enim magis adversus autorem suum regressum habet, quam emtor? *l. 1. §. 1. 53. §. ult. l. 55. §. fin. l. 56. & passim ff. de evict. l. 1. C. de per. & commod. rei vend.* modò non sciens rem alienam emerit, tunc enim quia regressus ipsi planè nullus datur, frustra denunciat, nam nec ipsum pretium nec interesse, si quod contingat repetere potest, cum nec dolum adversarii, nec suam possit ignorantiam prætere, sed quod incurrit damnum id suæ temeritati imputare debeat. *l. 27. C. de Evict. l. 7. C. comm. utr. jud. Nov. 7. c. 5. C. I. A. ad tit. de Evict. §. 6. n. 2. Franzk. ad tit. ff. de Evict. n. 267. Dn. Struv. Exerc. 27. th. 34. & qui præjudicio rem firmat Carpz. p. 2. C. 34. def. 25; Hahn, ad Wesemb. tit. de Evict. n. 10. pr.*

*Causa effi-
cians, &
quis litem
denunciet.*

§. V.

Similis est emtori qui rem ex *permutatione* accepit, nam & hic ad Evictionem præstandam agere, consequenter auctori suo litem denunciare potest. *l. 1. 2. C. de rer. perm. l. 29. C. de Evict. Carpz. p. 1. C. 3. def. 25.* ubi in Scabin. Lipsi. ita responsum refert: *Daß Beklagter / auff erhabene Klage / sich einzulassen / zu antworten / und litem richtig zu contestiren schuldig / und wird des selben Vortauscher N. N. lis billig denunciiret: V. N. W.* An ergò rem alienam admittit permutatio? admittit omninò: tum quia ut dixi evictionis præstatio, tum quia usucapiendi conditio locum habet: *l. 4. §. 17. ff. de usucap. nec refragatur textus, in l. 1. §. 3. de perm. cujus autoritate moti, Zæsius ad tit. ff. de rer. perm. num. 3. Stamler. de contract. §. 15. th. 25. Schütz. Comp. Lauterb. ad tit. de rer. perm. p. m. 635. Perez. ad tit. Cod. de rer. perm. num. 1. aliisque multi secus sensere: loquitur enim, sunt verba Strauchii Dissert. ad Jus Justin. 16. aph. 4. de casu quo accipiens rem rescivit esse alienam, & propterea noluit rem suam vicissim dare, ubi qui primus dedit, non habet actionem præscriptis verbis, ad implendum contractum, sed saltem conditionem ob causam dati, ad re-*

cipiendum

capendum quod dedit, add. Riemer. de contract. 1.0.9. §. 41. n. 20.
C. J. A. ad tit. de rer. perm. §. 1. Coch. prax. for. Germ. p. 2. p. m. 188.

§. VI.

Sed & eum quoque qui rem in solutum accepit, instar em-
toris esse, Ulp. ait: in l. 8. ff. quib. ex causis in possess. eat. hocque ar-
gumento nixus Imper. in l. 4. C. de evict. rescribit: in datione in
solutum evictionem præstari debere: quid igitur inde? nimirum
litem denunciare, si quæ ipsi mota est, non secus ac emtor suo
autori potest; & quidni posset? quemadmodum enim emtor, re
venditâ evictâ, actione ex emto directâ contra venditorem agit,
sic creditori eo in casu per actionem ex emto utilem consulitur.
l. 24. ff. de pign. act. modò res in solutum sit data creditori pro de-
bitâ pecuniâ numeratâ, nam si pro re sive specie debitâ, tum ex
pristinâ obligatione agendum esse arbitror: per l. 45. ff. de solut.
l. 8. C. de sent. & interloc. omn. jud. Wissenb. ad tit. ff. de evict. th. 14.
Franzk. ad eund. tit. n. 342. & seqq. Mev. part. 6. decis. 272. num. 4.
Coch. prax. for. Germ. p. 2. p. m. 188.

§. VII.

Legatarius quoque litem denunciandi facultatem habet,
si ratione legati in genere relictus, in jus vocatus fuerit, quoniam
enim ejus legati nomine heres de evictione indistinctè tenetur,
l. heres servum 58. ff. de evict. l. si à substituto. 45. §. 1. ff. de legat. 1. &
l. qui concubinam. 29. §. pen. ff. de leg. 3. utique litem huic ut assi-
stere possit, denunciare fas est: Quid verò si ratione rei in spe-
cie relictæ legatario moveatur quæstio, an & tum denunciare po-
terit? interet an testator sciverit rem alienam esse, an suam cre-
diderit: priori casu quia evictio, ideò & litem denunciatio locum
habet, non posteriori, quoniam tum legatum non valet, & si de
qualitate rei ab initio statim constat, ne quidem æstimationem
præstandam esse leges volunt: §. 4. 7. de leg. 1. unum ex famil. 67.
§. si rem. 8. de leg. 2. nisi fortè legatarii persona testatori fuerit
proxima & conjuncta, talis enim etiam hoc casu litem heredi
denunciandi jus ac potestatem habet: per l. 10. C. de legat. Perez.
ad tit. Cod. de leg. n. 14. Brunnem. & DD. comm. ad d. l. 10.

§. VIII.

Sed poteritne quoque ipse heres cohæredi suo litem denun-
ciare,

ciare, si ratione rei hereditariae conventus ille fuerit? poterit omnino, si divisio facta sit à Judice, vel ab heredibus ipsis, vel etiam à testatore, absque tamen affectione & animo prælegandi. *l. 7. C. comm. utr. jud. l. 66. §. 3. ff. de evict.* quod si enim ex benevolentia has illasve res cuilibet assignaverit testator, tam quia evictio regulariter cessat, denunciationem quoque litis cessare consequitur. *l. 77. §. 8. ff. de leg. 2. vid. tamen Brunnem. ad d. l. 7. C. comm. utr. jud. & imprimis solidissimè more suo rem deducentem, Franz. in d. s. n. 366. & multis seqq.*

§. IX.

Quid de transigente? si quidem rem transactionis causa noviter acceperit, eum litem auctori suo denunciare posse arbitrator, sin res pacis ergò ipsi relicta fuerit, tum re postmodum evicta, nec ad evictionem agere nec litem denunciare poterit. *l. si pro fundo. 33. C. de transact. Hartm. Pistor. Obs. 227. n. 39. & seqq. Umm. disp. ad proc. judic. II. n. 27. rationem diversitatis ex Franzk. d. l. num. 415.* hanc addo, quod ille qui relinquit rem penes alium, non videatur de novo aliquod jus transferre, sed intendit saltem à lite discedere ut in *l. 10. C. de transact. & possessor penes quem res dimittitur, retinet eam ut propriam, non ut rem auctoris, nec dicitur causam ab eo habere, arg. l. 3. §. 8. de condict. caus. dat.* hinc Scabini Lips. in tali casu ita responderunt: Ist euer Ehemann und Vatter/seel. D. Sigmund Badherens Kindern zum Vormund verordnet/ und bestättiget worden/ und weil sich viel Schulden/Forderungen und Gegen-Forderungen zwischen wohlerwehntem D. Badhern und seiner Schwester Barbara/ Paul Tanners Wittiben befunden / hat bemeldeter euer Ehemann und Vatter mit der Tannerinn und den Curatoren im Beysein und Mitbewilligung / der unmündigen Mutter / und nechsten Anverwandten eine transaction und Vertrag auffgerichtet / durch welche die entstandene Irrungen gänzlich bengelegt worden: Ob nun gleich die Unmündige / nach deme sie erwachsen/ euch in Anspruch genommen/mit Fürwendung/ als hätte obbenamter euer Vatter und Ehemann die Schulden zur Ungebähr erlassen/ so seyd ihr doch derowegen mehrbenamter Tannerinn gestaltten Sachen nach litem zu denunciären nicht befugt.

Defugt. B. R. W. Carpz. p. 1. Const. 3. def. 26. Secus est casu prior-
 ti, ubi quando transactionis causa res traditur, id utique agitur,
 ut jus in accipientem transeat, quod ipsum ergò si in dubium ab
 alio lite mota vocetur, denuncianda lis auctori venit, hic verò as-
 sistere liti & re evicta indemnem reum servare debet, ita namq;
 iidem Lipsienses ap. Carpz. p. 2. C. 34. def. 28. pronunciarunt: *Habt*
ihre Melchior Löbeln/vermögd einer auffgerichteten Vergleichung/
und transaction eine Handschrift über 300. fl. übergeben / und
ihnen solche Schuld cediret und abgetreten / und es wird farges-
ben / daß solche Schuld allbereit einmahl gezahlet worden .c. So
seyd ihr ihm vorherührte Schuld / und Handschrift zu geweh-
ren schuldig. B. R. W. Coch. prax. for. Germ. c. l.

§. X.

Sed personas has quasi primarias, tanquam litis denuncia-
 tionis causam efficientem; & subjectum activum, exempli loco re-
 censuisse suffecerit: alioqui quam multi alii adhuc ad litis denun-
 ciationem admittendi veniant, vel ex hac regula cognosci potest,
 in quibus contractibus evictio praestanda est, in iis litis denuncia-
 tionem fieri oportere, & qui adversus autores suos ratione evi-
 ctionis habent regressum, eos & litem denunciare posse: unde
 quin certis in casibus Vasallus ratione feudi suo Domino, dona-
 tarius donatori, colonus locatori, creditor ratione pignoris suo
 debitori, & Emphyteuta domino suo, imò & fidejussor principali
 debitori litem motam denunciare, atque ad defendendum pro-
 vocare possint, juris autoritas dubitare non sinit: vid. Dn. Schutz,
 Comp. Lauterb. ad tit. de evict. p. 664. Franzk. d. r. n. 410. 421. 455. 517.
 521. Caball. de evict. §. 4. Umm. ad proc. judic. Disp. XI. n. 26.
 Brunnem. de Proc. Civ. c. 11. n. 11.

§. XI.

Cui lis de-
 nunciatur.

Videamus ergò, cui litis denunciatio fiat: Sed verbo dicam:
 Auctori: quo nomine intellectum volo omnem eum, qui rem, de
 qua lis est, habuit, inque alium sive donationis, sive venditionis,
 sive permutationis, vel alio quocunque titulo, qui evictioni lo-
 cum praebet, vel lucrativo vel oneroso transtulit, nam quemcun-
 que de evictione tenet actio, ei denunciatio fieri potest, imò de-
 bet, cum actio ad evictionem praestandam non aliter competat,
 quam

quam si litis denunciatio præcesserit, unde Jctus. in l. 69. ff. de evict. litis denunciationem actum necessitatis dicit, & sanè interest omninò auctoris, ut lis ipsi maturè significetur, cum aliàs lite sopitâ, nullum remedium se defendendi habeat, neque jure proprio, quia cum evincente non contraxit, neque jure successoris in quem rem transtulit, qui re semel evictâ actionem non habet, quam auctori suo cedere possit. Carpz. Jurispr. forens. p. 1. C. 3. def. 24. n. 1. 2.

§. XII.

Si unus auctor est, ipsi soli (non fidejussori l. 7. C. de evict.) denunciatio facienda est, ita ut si vendiderit servus, ei, non domino, nisi mortuo servo denunciatio fiat: l. 39. §. 1. ff. de evict. quemadmodum nec procuratori denunciatio sufficit, nisi auctor ipse præsens sit, & sciverit procuratori denunciatum esse. l. 56. §. 4. ff. de evict. quid si absit? & quid si latitet auctor? saltem domui denunciari consultum erit. C. J. A. ad tit. de evict. §. 7. Franzk. ad tit. ff. de evict. n. 685. quanquam si idè latitet ne lis denunciaretur ei, ne quidem denunciatione opus esse rectè arbitretur Ummius d. diss. n. 18. in fin. Si plures fuerint, omnibus denunciandum est, etiam si ex successione auctores facti sint, puta si venditor plures reliquerit heredes, adeò ut quibus litem non denunciavit emtor, contra illos regressum nullum habeat, l. 62. §. 1. ff. de evict. Zxf. ad tit. ff. de evict. num. 29. C. J. A. ad tit. de evict. §. 7. n. 2. Brunnem. ad d. l. 62. num. 1. & heres pro suâ parte defensionem præstare volens, non sit audiendus. d. l. 62. §. 1. Franzk. ad d. 1. n. 574. Brunnem. de proc. civ. cap. 11. n. 16.

§. XIII.

Quid si jam sciat auctor litem successoris suo motam esse denunciandum ipsi non esse videri poterat, quia qui certus est, certiorari amplius non debet. c. 31. de R. I. in 6. Sed quia leges generaliter denunciationem requirunt, neque etiam hæc cõ tantùm sine fit, ut litem moveri auctor cognoscat, sed potius ut percipiat, quid denunciatus velit sibi circa rem defendendam fieri, scil. ut assistat ille, judiciumque suscipiat, utique hoc etiam in casu denunciatione opus erit, & sanè non interpellatus auctor scire non poterit, an emtor à se causam suscipi velit, ut re deinde

de evictâ meritò etiam excusetur, quod irrequisitus operam suam alteri non offerre, nec curiosus in re alienâ esse voluerit. Joh. Schneidevv. ad §. actionum. 28. f. de Act. n. 48.

§. XIV.

At quid si venditor, cum contraheret, juraverit, se evictionem præstiturum vel defensionem litis, si quæ fuerit mota, ad futurum, an non tum saltem vi juramenti ad assistendum ille tenebitur, sicque denunciatio omitti poterit, præsertim si jam litis motæ notitiam habeat? non omitti posse arbitror, juramentum enim induit naturam contractus cui accedit, l. fin. C. de non num. pec. c. quemadmodum. 25. x. de jurejur. Treutl. v. 2. Disp. 2. th. 7. lit. a. adeoque qui sic juravit, non utique simpliciter, sed sub conditione factæ denunciationis se obligasse censetur, ad exemplum Vasalli, qui & ipse auxilium Domino suo, fidelitatem ac servitia juratò promittit, nec tamen nisi requisitus, hæc omnia regulariter præstare solet. §. adhæc 2. Feud. 28. & 2. Feud. 37. in f. C. J. A. tit. de evict. §. 7. p. m. 993. Umm, disp. ad proc. judic. 11. n. 20. p. 473. Dissent. Brunnem. ad l. 55. ff. de evict. n. 5. Joh. Georg. Nicolai in addit. ad Friderici Proc. judic. p. m. 107.

§. XV.

Idem dicendum erit de casu ubi autor omni defensione destitutus esse videbitur, quoniam ut jam supra ex l. 8. C. de evict. dictum est, non aliter adversus autorem de evictione experiri licet, nisi denunciatione prius factâ; cæteroquin enim emtor (quoniam nomine quemlibet successorem intelligo singularem) omisâ denunciatione semper diceret, nullam autorem habuisse se defendendi causam, atque ita omnia quæ de necessitate denunciationis disponunt leges, interverterentur, ut taceam emtorem nec debere, nec posse judicare, an venditor defendendi argumenta habeat, cum utique vel minima sed optima pro venditore, in facto possit versari circumstantia, quæ emtorem lateat, & esto causam à parte venditoris injustam esse, an inde statim certus est emtor, nihil venditorem in judicio obtenturum? minimè, nam quo quis accuratior est, & diligentior in judice instruendo informandoque, eò felicius quoad sententiam esse solet, prout & quotidiana praxis exercitatiores causarum patronos, causam ma-

lam

nam obtinere, imperitos bonam amittere docet, ut de Judice in
 cujus manibus victoria sita est, & qui sive benè sive malè judica-
 verit officio suo functus est, *l. 55. ff. de re jud.* nil dicam. Nisi
 fortè ipse emtor stultissimus esse §. 5. *Inst. quod cum eo qui in a-*
lien. potest: & difficile probationis onus subire, postea evincen-
 tis justitiam, justèque sententiam latam fuisse, liquidis in super
 argumentis ostendere velit, quo casu intermissâ etiam denun-
 ciatione venditorem evictionis nomine, ex æquitate teneri sen-
 tentia communis est. vid. Hahn. *ad Wesemb. tit. de evict. num. 5.*
 Franzk. *d. t. n. 666.* Dn. Struv. *Exerc. 27. th. 33.* Wissenb. *ad tit. ff.*
de evict. th. 19.

§. XVI.

Ergò benè emtor agit si litem venditori suo, indistinctè de- *forma.*
 nunciat, sed quo modo? Scil. ut non saltem litem ipsi motam si-
 gnificet, sed & interpellet, requiratque eum, ut adveniat, liti as-
 sistat, & rem quam olim habuit defendat, id enim jubent, hanc-
 que formam præscribunt Imp. Dioclet. & Maxim. *in l. 21. verb.*
interpellare venditorem sive successorem ejus debes, ut tibi assistant
causamq; instruant, it. in l. 23. verb. auctoris heredibus, quocunque
gradu constitutis adistere negotio denuncia, C. de evict. ut proinde
 non mereatur audiri, quicumque cum Pacio *de emt. vendit. c. 12.*
n. 260. secus dixerit, & citatas leges, de tacitâ requisitione acce-
 perit, quasi omni litis denunciationi, requisitio ad defendendum
 jam virtualiter insit, ut expressè eam addi non sit amplius opus,
 nam ex dd. text. contrarium sanè *ad oculum patet*, sunt verba
 Franzk. *d. tit. de evict. n. 696.* qui & hoc benè urget, quod si nuda
 litis motæ sufficeret significatio, nec requisitio ad defenden-
 dum insimul esset necessaria, non opus etiam foret, ut jam sci-
 enti lis denunciaretur, cujus contrarium tamen jam supra pro-
 bavimus, & manifestum redditur, ex *l. 1. C. de peric. & commod.*
rei vend. ubi emtori contra venditorem suum tum demum Imp.
 Alexander, ratione evictionis concedit regressum, si litem hac
 formâ denunciaverit, *ut causa agenda adesset*, ut taceam hanc sen-
 tentiam teste Umm. *Disp. ad proc. judic. II. num. 31.* usu & con-
 suetudine, quæ optima legum interpretis est, passim invaluisse, ut
 vel propterea in dubium vocari amplius non debeat, quicquid

B 2

etiam

etiam alii ex *l. 17. C. de evict.* proferant, nam illam ex ante citatis textibus explicandam esse, quis dubitare audeat? *C.I.A. d.t. §. 7.*

§. XVII.

Sed nec autorem ad defendendum requisivisse sufficit, verum etiam ut nullum subesse fucum, & litem verè motam esse intelligat, de cætero quoque deliberare possit ille, quid de petitione defensione secum statuere debeat, libellus cum citationis exemplo, sumptibus denunciantis ipsi communicandus venit: *Fachin. l. 2. contr. 35. Schütz. Comp. Lanterb. Tit. de Evict. p. 666. Berlich. p. 2. concl. 24. n. 28. Joh. Schneidevv. ad §. actionum. 28. §. de Act. num. 46.* Sed annon omnium actorum copia simul ipsi danda est? ita putaverim cum *Brunnem. de Proc. judic. cap. XI. n. 15. & Carpz. in Proc. Tit. 4. art. 3. num. 22.* quia de tota lite specialiter certiorandus est denunciatus, eoque respexit supremum Appellat. *Judic. Dresd. in causa, Wolff Christoffen von Arnimb* litis denunciante an einem / der Löserischen Preysischen Verlassenschaft curatoren litis denunciante an andern Theil. verb. Daß litis denunciante Copien der bedürffenden Acten billich zugeschicket werden / oder derselbe auff Denunciante Unkosten / anhero zu reisen / und in den actis sich nothdürfftig zu informiren auch noch anderweit Ladung auff die eingebrachte litis denunciation mit seiner rechtlichen Nothdurfft sich einzulassen / und zu verfahren schuldig. *B. N. W. Nicol. ad Frider. pros. judic. c. 1. quo etiam collimat dispositio Electoralis Saxon. in ord. proc. judic. tit. 14. in pr. verb.* Und ihme von deme / was allenthalben von den Partheyen vorbracht / Abschrift und vollständiger Bericht mit überschicket werde: Verum in scriptis præcisè litis denunciationem faciendam esse non arbitrer, quin Judicis, ejus autoritate hodiè illa plerumque fit, potius arbitrium erit, an ad instantiam rei conventi, litem auctori in scriptis, an vivâ voce per nuncium denunciare velit, modò ad acta fideliter referat Judex denunciationem factam esse, & de omnibus quæ in judicio facta sunt denunciatio copiam faciat, hæc enim ferè formâ, teste *Christ. Friderici in proc. judic. p. m. 108.* proponi in judicio litis denunciatio solet: *P.P.* Diweil Beklagter das Gut von N. eines rechtmässigen / erbarn / auffrichtigen Kauffs an sich bracht / vermög des
Kauff

Kauffbrieffs mit lit. A. vermerckt/ als woll Er dem Verkäuffer in
der beständigsten Maß des Rechts litem denunciiret/ oder den
Krieg angekündigt haben / mit angeheffter Bitte Ihme dens-
selben mit Überschickung der bisanhero ergangenen Acten anzus-
kündigen/ c. add. Umm. d. disp. ad proc. judic. n. 31.

§. XVIII.

Illud verò litem denunciatio incumbit maximè, ut matu-
ro tempore, & non propè condemnationem id faciat: Sic enim
Pompon. in l. 29. §. fin. ff. de Evict. quolibet tempore venditori re-
nunciari potest, ut de eare agenda adsit, dum tamen ne propè ipsam
condemnationem id fiat: Mev. part. 8. decis. 465. n. 9. adeoque
certum quidem est, tam ante quam post litem contestationem de-
nunciationem rectè fieri, prout judicarunt quoque Jcti. Saxon.
ap. Carpz. p. 1. C. 3. def. 29. So viel aber Frau Brigittinn Cuno
von Westergelt/ hinterlassene Wittib anlangen thut / weil Be-
klagter angeführet / daß sie Ihm die libellirte Wiese / und Lei-
nung hinter dem Baumgarten zu Reisch verkauft und zugleich
gesuchet / das Ihr litem möge denunciiret werden / so wird sol-
chem seinem suchen / wann auch gleich der Krieg Rechts all-
bereit bevestiget worden / billig Raum und Statt gegeben.
B. N. W. Treutl. v. 2. diff. 2. th. 7. lit. a. Non tamen post con-
clusionem causæ, imò ne quidem post publicatas attestaciones
provocatio fieri debet, nam cum in eum unice finem fiat, ut liti
assistat denunciatus causamque defendat, facile omninò colligi
potest, tum denunciationem hanc faciendam esse, ubi integer ad-
huc defensionis datur locus, non verò datur, ubi didicita sunt te-
stificata, quia tunc novos testes, per quos potissimum defendi
causa potest, propter metum subornationis producere non am-
plius licet, juxta Auth. at quis semel. C. de prob. vid. Joh. Schneidvv.
ad §. adtionum. 28. §. de Act. n. 51. & in marg. lit. d. quod verò de-
nuncianti non licet, id nec denunciato integrum esse potest,
cum hic tanquam procurator illius consideretur, & hactenus
una cum ipso persona intelligatur esse. Brunnem. de Proc. civ.
c. II. n. 12. Unica est exceptio in legato, legatarius enim si propter
legatum in jus raptus fuerit, prius quam judicium accipiatur, li-
tem heredi, casu quo hic ad evictionem tenetur, denunciare de-

Quo tem-
pore litem
denunc.
fiat.



bet, per. l. qui concub. 29. §. 3. ff. de leg. 3. cujus rationem indagare nititur Bachov. ad Treutl. v. 2. D. 2. th. 7. lit. a. p. m. 81. quamvis alii in genere inter lucrativam & onerosam causam distinguere, & d. l. 29. §. fin. de Eviēt. de possessore rei ex titulo lucrativo, sed l. 29. de leg. 3. de eo qui rem cum onere accepit interpretari, alii rursus ad componendam antinomiam, verbum *judicii in l. 29. de leg. 3. pro sententiā*, alii pro *conclusionē causae* accipere malint, Gothof. ad d. l. 29. de leg. 3. lit. l. Pacius *antin. cent. 9. q. 72.* Bulius ad d. l. 29. Wissenb. ad tit. ff. de Eviēt. th. 20. p. 421. Vultej. 2. *Jurisp. Rom. c. 30. n. 68.* Hahn. ad *Wesemb. tit. de Eviēt. n. 5.*

§. XIX.

Quicquid verò de apparente hac antilogia sit, quia tamen denunciationes sæpissimè non nisi litis protelandæ causa fiunt, & verò Judex quilibet, in eam curam incumbere debet, qua ratione sine longis anfractibus abbrevientur lites, & quantum fieri potest citò expediantur, utilis omninò ad abbreviandum processum constitutio foret, quam suggerit Brunnem. *d. c. II. num. 13.* si juberentur partes ante litem contestatam, quando scil. putant eam sibi utilem fore, denunciationem in judicio facere, post eam verò non aliter audirentur, quam vel præstitissent prius juramentum malitiæ, vel mulctam judici, & interesse parti ob retardatum processum solvissent.

§. XX.

Imò ne quidem ante litis contestationem admittere denunciationem indistinctè Judex debet, sanè enim si constet, adversus autorem regressum nullum competere, v. c. quod expressè protestatus fuerit autor, se nolle teneri de eviētione, it: quod emtor sciens rem alienam, aut onere aliquo affectam emerit & actor possit incontinenti documentis vel testibus tale quid probare, non videtur audiendus esse reus utcunque litis denunciationem petat. vid. Brunnem. *c. l. n. 14.*

§. XXI.

De fine denunciationis jam aliquoties dictum est, quod nimis ideo fiat, ut autor ad judicium veniat, denunciatorum defendat, & liti motæ assistat. *l. 1. C. de peric. & commod. rei vend.*
neque

*Finis litis
denunciationis.*

neque enim totum iudicium in se suscipere rogatur, neque si suscipere, eumque à lite liberare maximè vellet, invito actore id facere potest. *l. 66. §. 2. ff. de Evict.* Dn. Struv. *Exerc. 27. th. 29.* Carpzov. *proc. tit. 4. art. 4. n. 1. & seqq.* hoc ius manifesta sanctione approbavit Sereniss. Saxon. Elect. *in ord. proc. jud. tit. 14. §.* Würde aber der/ welchem lis denunciiret / erscheinen / und den Beklagten vertreten wollen / ist ihm solches zu thun dergestalt frey gelassen / daß Er gleichwohl Beklagter hiedurch der Rechtsfertigung nicht gänglichen entledigen / sondern Ihm allein assistiren / oder aber an statt / und von wegen desselben defensorio sive procuratorio nomine die Sache ausführen möge / der Beklagte aber nichts weniger in lite bleiben / und derowegen auch das Urtheil / so darauff erfolget / wider Ihn vollstreckt werden. *Carpz. lib. 3. Resp. 20. tit. 2. num. 17.* actor enim qui jus suum vindicare nititur, possessorem convenit, nec invito ipsi alius fortè potentior adversarius obtrudi potest, quid enim hoc esset aliud, quam jus ipsi quæsitum intervertere? imò & si procurator in rem suam constituatur autor, nihilo tamen minus iudicium in se transferre poterit, quamvis enim tum causam sine successoris sui presentia prosequi non prohibeatur, tamen in solum eum sententia dirigitur, contraque ipsum executioni mandatur, ex quo porro est, si autor tergiversetur fortè in lite, & progredi nolit, actor ad principalem reum redire valeat: arg. *l. 23. ff. de procurat.* Franzk. *c. l. n. 642.* adde Brunnem. *ad d. l. 29. de Procurat.*

§. XXII.

Imò licet consentiente fortè actore, toti se liti tanquam principalis obtulerit, eamque solus susceperit, is tamen nihilominus, qui rem ab autore habet, iudicio adesse, suum interesse urgere, & à sententia si autor fortè cesset appellare potest, cum utique magis ipsi expedire queat, rem potius retinere, quam facta restitutione propter interesse contra autorem agere. arg. *l. 29. in pr. ff. de inoff. testam. l. 4. §. 3. ff. de Appell.* prout viceversa si cum ipso possessore actum, isque condemnatus fuerit, autor appellare, & licet denunciatio ipsi nulla facta sit, liti adhuc pendenti intervenire potest. Franzk. *d. l. num. 643.*

§. XXIII.

Resus.

Ritè factæ denunciationis insignes omninò effectus sunt: Denunciatus enim comparere debet, & defensionem litis, in foro ubi cæpta est suscipere: Est namque autor quasi procurator, & defensor ipsius denunciantis, ut mirum non sit hujus forum ipsum sequi teneri, cum defendere sit eandem vicem quam reus habet subire: *l. 49. ff. de Judic. l. 35. §. 3. l. 51. §. 1. de procur. Treutl. vol. 2. disp. 2. th. 8. Mey. part. 7. decis. 167. & part. 9. decis. 156.* Quid verò si autor gaudeat singulari & privilegiato foro? nec tùm judicem rei declinare poterit, quoniam textus in *d. l. 49. de Judic.* generaliter loquitur, & secus si diceretur, id sequeretur inde absurdi, posse judicium semel legitimè fundatum propter interventum tertii, qui tamen non est principalis litigator, transferri, & ad aliud forum avocari, cum tamen tralatitium sit, ibi finiendum esse judicium ubi cœptum est. *l. 30. ff. de Judic. ac propterea rectè Cabalin. de Evid. §. 3. num. 119. seqq. Covarruv. pract. quest. 8. n. 3. Myns. l. observ. 22. n. 7. & 6. obs. 33. & DD. comm. hinc inferunt, si Clerico, Ecclesiæ aut fisco, lis denunciata fuerit, teneri hos, utut principaliter si conveniantur, peculiari sint tuti foro, respondere coram judice ejus qui litem denunciavit, quod & in Camera observari refert Gail, *l. 1. obs. 37. n. 7.* sed & si civis Imperii mediatus Statui cuidam Imperii aut civi immediato quid vendiderit, hicque coram summo tribunali, ab alio desuper conventus, litem venditori denunciaret, teneretur omninò hic supremi Judicii jurisdictionem subire, & ibi defensione sua fungi, utcunque fortè longè magis expediret ipsi, si coram suo & inferiori prius judice stare, causamque defendere posset: Paurm. *l. 2. de dict. c. 4. n. 98.* faciunt huc verba sententiæ, quam pronunciarunt J. C. i. Lips. in causa Timothei Alesii, contra Hieronymum Schmidten und Christophorum Schefflern ad requisitionem Domini Rectoris & Professorum Academiae Lips. Mens. Mart. Anno 1632. *Auff exception undersolgte Gesehe in Sachen die Anwälde Timothei Alesii Klägeren und denunciants ten an einem / Hieronymi Schmidten und Christoph Schefflers Beklagte / und denunciants am andern Theil belangende &c. Daß Beklagte Ihres dawider gethanen fürwendens ungesachtet**

achtet auff die erhobene denunciation-Klage/ für Euch sich einzulassen/ zu antworten/ und den Krieg Rechtens zu bevestigen schuldig. *D. R. B. Carpz. p. 1. C. 3. def. 28.*

§. XXIV.

Aliquando tamen hæc paulò aliter se habent: nam si ipse denunciatus fortè privilegiata persona sit, & forum declinare potuerit, nec tamen fecerit, non video cur non autor adhuc invito licet reo, declinandi potestatem habeat, ne negligentia denunciantis ipse iniquam sentiat conditionem, tametsi enim invito non conferri beneficium, vel in vulgus notum sit, ubi tamen tertii etiam interesse versatur, dicta regula officium suum perdit: *Caball. de Eviçt. §. 3. n. 131.* prout & si denunciatus Judicem ut suspectum recusare potuerit, & omiserit, denunciatus adhuc contra Judicem excipiendi facultatem habet, cum certè non in arbitrio denunciantis sit, sua omissione denunciato, in quem periculum litis ultimò redundat, præjudicium parere: *Umm. disp. ad proc. judic. D. II. num. 32.* sed & si inficias eat autor, se de eviçtione teneri, & denunciationem proinde susque deque habeat, si denunciatus nihilominus sine ejus assistentia prosequi litem nec velit nec possit, coram ordinario suo Judice illum conveniat oportet, prout cum *Anton. Fabr. def. 1. C. de fdiçt.* rectè sentit *Umm. c. l. p. 482.* & præjudicio Senatus Frisici firmat *Sand. Dec. Fris. 1611.* citatus à *Bejero ad Schnob. tit. de Eviçt. inf.* Extra hos casus vix est, ut denunciatus denunciantis forum evitare possit.

§. XXV.

Aliàs quoad eviçtionis præstationem parum refert, comparuerit denunciatus nec ne, nam nihilominus re postea eviçtâ, regressus contra illum datur, hunc enim habet primariò litis denunciatio effectum, ut eviçtione subsequetâ, denunciatus contra autorem suum experiri possit, quod etiam exprimit *Sereniss. Elect. Saxon. in Ord. Proc. judic. tit. 14. §.* Wann aber/ibi: und sich auff die beschehene litis denunciatio, welche hiedurch ihre Krafft und Würckung erreichet / hinwiederumb an seinem autore zu erhohlen habe: sive igitur autor comparuerit, & defensionem susceperit, sive non, vel per contumaciam, vel quod suscipere defensionem

nem se non obstrictum esse allegaverit, in jus deinde coram suo tamen iudice rapi poterit: Dn. Struv. *Exerc. 27. th. 32.* modò actualiter res evicta, h. e. non saltem sententia condemnatoria lata, sed & executio facta sit: *l. 57. pr. ff. de evict.* ante enim & ubi in possessione adhuc emtor est, non habet de quo conqueratur, cum utique rem habeat, neque prius evicta res dici potest, quam victo adempta est, cum vox evictionis non saltem rò vincere, sed evincere, h. e. vincendo extorquere involvat. Hahn. *ad Wesenb. tit. de Evict. n. 5.* ubi etiam quasdam recenset exceptiones. Coch. *prax. for. Germ. c. l.* Quid si victor victo rem evictam donet, aut leget? & tum evictionis præstatio, ex eadem ratione cessabit. *l. 21. §. 1. l. 57. ff. de evict.* Umm. *d. disp. 11. n. 33.* cui tamen adde Franzk. *d. 1. n. 604.* nisi fortè retentâ re victus victori litis æstimationem solverit, tum namque perinde est, ac si tradita res victori, & ab hoc restituta sit victo: æstimatio enim secunda quasi emtio est, ut jam præstitâ litis æstimatione, petitori emtor dicere possit, se rem ex secundâ non primâ emtione habere. *l. 21. §. 2. l. 16. §. 1. l. 66. §. 2. ff. de evict.* aut etiam si emtor creditori, cui res à venditore pignorata fuerat satisfecerit. *l. 22. C. de evict.* tum enim etiam, quia rei pretium ipsi abest, res ipsa abesse censetur.

§. XXVI.

Sed nec qualitercunque rem evictam esse sufficit, nisi enim (1) evictio per victoriam judicalem, *l. 70. ff. & l. 3. C. de evict.* Myns. *cent. 1. observ. 56. n. 4.* (2) ex causâ quæ antecessit possessionem ejus à quo est res evicta, *l. 1. C. de peric. & comm. rei vend.* & quidem (3) propterea contigerit, quia actor potius jus in eâ habuit, denunciatio litis ante facta parum omninò operabitur. Schütz. *Comp. Law. 1. de evict. p. 666.* ita enim cessare volunt leges evictionis præstationem, si per injuriam, ignorantiam, errorem vel malitiam iudicis. *l. 51. pr. ff. & l. 8. C. de evict.* aut per contumaciam, transactionem, iudicii que desertionem, à denunciante contractam, vel etiam laudo arbitri res ablata fuerit. *l. 56. §. 1. ff. d. t.* Dn. Struv. *Ex. 27. th. 30. 31.* nisi fortè conventum in contractu fuerit, ut qualitercunque res evincatur, evictio præstetur, tum enim etiam coram arbitro, denunciationem ritè factam suam

suum sortiri effectum, plus quam certum est: vid. Brunem. *ad dd.*
l. 51. & 56. ff. de evict.

§. XXVII.

Sed plura de evictione cumulare, hujus loci non est, unde nec quantum evictionis nomine, denunciante præstandum sit inquirere refert: id saltem quæro: An denunciatus denunciante expensas litis, si forte hæc inter victorem atque victum compensata fuerint, refundere teneatur? Distingue, aut superatus est denunciatus in judicio, aut obtinuit: Priori casu expensas à denunciato refundendas esse facile constat, sed non posteriori, sic enim respondere jubet textus in *l. 18. C. de evict.* in qua dicitur, si res vendita declarata fuerit venditoris, adeoque venditor ab actione contra se instituta absolutus fuerit, emptorem non posse reverti ad venditorem, hoc verò malè simpliciter & indistinctè diceretur, si ad sumtus litis illi actio foret. Facit quod injuria emptori, (h. e. omni ei qui titulo singulari rem ab alio accepit) facta per eum qui litem movet, venditorem contingere non debeat, arg. *l. 51. ff. de evict.* in cujus sanè potestate non fuit, impedire, ne emptor per calumniam vexetur, & inani lite pulsetur: ut taceam ita ubique jus esse, ut commodum & incommodum rei ad eum spectet, qui possessor rei atque Dominus est, cur non ergò etiam incommodum litis ipsum sustinere fas esset? Nec obstat quod denunciatus defendere teneatur denunciante, & præstare ut ei rem habere liceat, tenetur utique defendere, sed non suo sumtu, verum sumtibus denunciantis, cum defensio consistat in allegatione causarum quæ rei translationem faciunt justam, tenetur utique præstare denunciante, ut rem illi habere liceat, h. e. ne res evincatur, sed non statim sumtus suppeditare debet autor, & utiles expensas, quibus in re defendenda eget successor, & quibus non nisi pruritus temerarii litigatoris ansam fecit. Perez. *ad tit. Cod. de evict. n. 32.* Umm. *c. l. n. 35.* Brunem. *ad d. l. 51. ff. & l. 18. C. de evict.* Treutl. *v. 2. disp. 2. th. 8. lit. D.*

§. XXVIII.

Quod contraria litis denunciationis attinet, compendiariâ *Contraria.*
 viâ recensuisse suffecerit, quid litis denunciationi adversetur,
 eamque cessare faciat: Et generaliter quidem verum est, toties
 C 2 litis

litis denunciationem cessare, quoties evictionis præstatio cessat, præterea tamen casus sunt, ubi autor ad evictionem tenetur, nec tamen litem ipsi denunciari opus est, hos verò inter primus est, si cum contraheret autor, ad evictionem se simpliciter obligaverit denunciandi necessitate remissâ, *l. 63. pr. ff. de evict.* quamquam crediderim autorem nihilominus etiam hoc casu, ad defensionem si velit, admittendum esse, cum & aliàs quilibet tertius, modò de suo interesse summarie prius docuerit, intervenire possit, de qua interventione post alios vid. *Carpzov. proc. jur. tit. 4. art. 2.* *Christ. Frider. in proc. judic. pag. 465.* *Rosbach. in proc. judic. tit. 47.* *Carpzov. lib. 3. Resp. Tit. 2. resp. 21. num. 4.* quod & approbatum sanctione *Elect. in Ord. proc. jud. tit. 15. post princ. vers.* *Ob es ihme gleich von einem oder dem andern &c.* ipse quoque cui lis mota est, à defensione rei per tale pactum non liberatur, sed litigare, remque tandiu servare debet, donec per sententiam abjudicata fuerit, quin & si sciat penes autorem instrumenta esse, quibus excludere intentionem actoris possit, nihilominus si non denunciare saltem testatò instrumenta exigere debet, ne de evictione postea agens repellatur ab autore, quod negligentia magis, quam jure evicta res fuerit. *Franzk. c. l. n. 674. seqq.*

§. XXIX.

Porro si venditor sive autor benè gnarus, litem reo vel emptori motam esse, suâ sponte, aut quod hic quidem perinde est, ad actoris instantiam, citatus unâ comparuerit cum reo in iudicio, eique adstiterit, causamque defendere juerit, procul dubio spontanea hæc autoris oblatio litem denunciationem cessare faciet, ut hæc licet omisâ nihilominus ille ad evictionem conveniri postea queat: *Wesemb. in parat. ff. de evict. n. 5.* *Ecquid enim opus foret, litem denunciare ei, qui jam in lite est, cum utique supervacuis laboribus insisti non debeat, arg. l. 25. ff. de rei vind.* *Carpz. d. t. 4. art. 4. num. 25. seqq.* *Joh. Georg. Nicolai in addit. ad Friderici proc. judic. c. l.*

§. XXX.

Uti nunc spontanea autoris comparitio, sic ejusdem contumacia quoque denunciationem litem impedit, si nimirum vel copiam sui non faciat, vel præsens quidem sit, sed per eum stet, quo

quo minus denunciatio illa fiat, quo casu litem pro denunciata
haberi certum est. *l. 55. §. fin. ff. de evict.* prout aliàs citandus si im-
pediat ne citatio ipsi infinuetur, pro citato haberi solet. C.J.A.
ad d.t. §. 7. n. 9. Gail. 1. O. 55. num. 4.

§. XXXI.

Sed & iustitia evincentis, & notoria auctoris iniustitia facere
potest, ne litem denunciatio fiat, & tamen reo, salvus contra hunc
ratione evictionis regressus sit, videlicet, si ut jam supra dictum,
difficile reus onus probandi in se suscipere, iustitiam evincentis
nullaque auctorem defensionis argumenta habuisse, liquidò o-
stendere velit: C.J.A. *ad d.t. §. 8. n. 2.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 4. tit.*
33. def. 2. n. 6. Hoc enim casu reus, non tam proprio quam evin-
centis nomine, cessã sibi ab evincente actione, agit; cum igitur
evincenti nulla litem denunciandæ necessitas incumbat, imò ille
nec denunciare litem, utut maximè velit, possit, quia ipsemet
per reum adversus auctorem in iudicio experiri videtur, & omnis
litem denunciatio tertium præsupponit, quippe cui soli, non etiam
principali litiganti sit, certè nec reus, quippe qui procurator e-
vincentis, in rem tamen utilitatemque suam est, litem denun-
ciare potest: Neque etiam ex omisã hoc casu litem denunciatio-
ne habet de quo conqueratur, quodque sibi metuat auctor, cum
à reo tanquam à procuratore evincentis conventus, amplam
omniò occasionem viamque habeat, qua jus suum si quod ha-
bet adversus auctorem defendere, causæque inservire possit, quã
tamen destitueretur, si re jam evictã, proprio contra ipsum nomi-
ne reus ageret. Carpz. *d.t. 4. art. 4. n. 38. seqq. it. in Jurispr. for.*
p. 1. C. 3. def. 24.

§. XXXII.

Versã vice si de auctoris iniustitia manifestè constet, & no-
torium sit frivole reum conveniri adeoque ab institutã actione
absolvendum esse, utcumque hic litem auctori denunciare velit, ta-
men non admittendus erit; ad quid enim, & quem in finem de-
nunciaret, cum nec ex factã denunciatione commodum nec ex
omisã incommodum vel sperandum vel metuendum sit, utiq; ve-
quia palàm est, bonitas causæ à parte rei, & iniustitia à parte a-
uctoris: & hoc est quo respexerunt Scabini Lipsi, ap. Carpz. *p. 1.*

C. 3. Def. 27. Diemeil ihr aber dennoch eurem furgeben nach auff Geheiß und Befehl selbigen Raths die 3000. fl. hergeliehen/ deswegen euch einige Schuld oder Fahrlosigkeit nicht zugemesen werden mag/ 2c. So seyd ihr auch eurem gewesenen Mändlein dafür zu haften im Stande des Rechts nicht verbunden/ Derowegen auch die litis denunciatio nicht statt hat. V. N. W.

§. XXXIII.

Unum addo casum, qui litis denunciacioni contrarius est, si nimirum emtor, à se ipso quasi rem evincat, ut ex novâ causâ ipsi rem habere liceat: finge enim, me rem Titii à Cajo emisse, quod si Titio heres deinde factus fuerim, aut ille eandem rem mihi vel leget vel donet, dubium non est, quin actione emti pretium recuperare sicque contra autorem meum experiri possim, utut litis denunciatio hic nulla præcesserit: nam nec præcedere potuit, cum ubi nulla lis est, ibi nec litis denunciatio esse queat: & tamen perinde est ac si res evicta esset, utut heres, donatarius aut legatarius iidemque emtores ipsi quodammodo sibi ex causa successione sive donationis evicisse videantur, non enim ex legati &c. causa, ex quâ illos lucrativo titulo habere oportet, sed emti titulo rem habere intelliguntur, quamdiu illis pretium abest: vid. l. 9. & l. 41. §. 1. ff. de Edilit. Edict. l. 84. §. 1. ff. de legat. 1. l. 13. §. 15. ff. de action. emt. & ibi DD. comm.

§. XXXIV.

Affinis.

Coronidis loco *Nominatio possessoris* breviter attingi mereatur, quam describo quod sit actus, quo is qui convenitur reali actione, vel in rem scriptâ, allegat se non suo, sed alieno nomine in possessione esse, & petit, ut iudicium à se in possessorem transferatur: Brunnem. de proc. civ. c. 11. n. 1. Umm. ad proc. judic. d. 11. n. 36. seqq. Enimverò affinem illam valdè esse litis denunciacioni, vel hinc liquidum evadit, quod confundi cum eâ sæpè solet: Prout namque (1) litis denunciatio Autori fit, sic & nominatione provocatur is à quo reus rem habet. (2) & quemadmodum in eum finem lis denunciatur, ut denunciatus iudicium in se suscipiat, sic etiam propterea nominari possessor solet, ut veniat & cum actore litiget, (3) utraque re adhuc integrâ fiat oportet, utraque (4) sincerè & non fraudulenter, quod si enim falsò

falsò nominatus quidam possessor sit, cum tamen ipse qui detinet verè possideat, atque ideò manifestò constet nominationem calumniosam esse, non saltem non admittenda erit nominatio, sed & ut mendacii pœnam luat, citra ullam dominii probationem possessionem amittet nominans, & ad actorem transferet. *l. ult. ff. de rei vindic.* Dn. Struvius *Exercitat. II. thes. 14.* vel si de veritate laudationis dubitetur, saltem calumniæ juramentum præstare cogendus est, non secus ac si apertè frivola sit denunciatio, eam repudiandam esse, & si præsumptio contra denunciante[m], sit, quod protelandæ magis litis gratia denunciaret, malitiæ juramento gravari hunc posse supra dictum est, ut aliqua affinitatem evincunt lubens taceam, quia differentias nosse magis refert: Scil. (1) possessorem nominat, qui non suo sed alieno nomine rem tenet, qualis depositarius, conductor, & ille est, qui precariò possidet, cum contra, litem denunciaret, qui ipse possessor est. (2) Nominationem ante litis contestationem, imò in primo termino faciendam esse monet *l. 2. ibi: debet statim in judicio & c. C. ubi in rem act.* Dn. Struvius *d. Exercitat. thes. 9.* cum litis denunciatio tam antè quam post litem contestatam, modò non propè condemnationem, fieri possit. *l. 29. §. ult. ff. de eviction.* (3) Nominatur possessor ut totam in se litem suscipiat, & qui rem tenet liberetur, sed lis denunciatur auctori, ut saltem litem motam juvet, assistat, & defendat, hinc (4) nominato eoq; citato non veniente, discusso summam judicio, actor in possessionem rei litigiosæ mitti potest, sic tamen ut absenti possessori nominato sua servetur actio, & juri ejus qui in possessione est, si quod prætendit, non præjudicetur, *d. l. 2. C. d. 1. Brunnem. de proc. civ. c. II. n. 4.* quod secus omninò esse, si denunciatus non comparuerit, nemo dubitare facilè audet: Porro (5) discrimen in eo est, quod colonus & quicumque alieno nomine rem tenet, actione in rem conventus non tantùm possit, sed etiam teneatur dominum eumque verum possessorem nominare, tùm quia interest domini, rem suam ipsam tueri ac defendere, tùm quia, cum possessor alieno nomine contendat rem ad se pertinere, nec tam possideat, quam simpliciter detineat, non potest, idoneus esse reus in judicio reali, ut mirum non sit nominandum

dum esse eum cujus nomine possidet, quod iterum in litis denun-
 ciatione secus est, quippe quæ voluntatis magis quam necessi-
 tatis est, ac sub conditione demum, si reus regressum ratione
 evictionis contra autorem habere cupit, necessaria est, Peretz.
ad tit. Cod. ubi in rem act. num. 4. Plura dici possent, nisi vel ex
 his nominationem à denunciatione diversam esse satis utique
 constaret. Quare nil porrò addo, quam DEO Opt. Max. in
 cujus Sanctissimo Nomine, hoc quaecunque inchoavi, cujus
 ope continuavi, cujus item præsidio ad finem perduxì,

sit Honor, sit Gloria, in secula nun-
 quam terminanda.

TANTUM.

ADDITAMENTA.

- I. *Verum jus Regis. l. Sam. 8. non verò Tyrannidem proponi dicemus.*
- II. *Ut adulterium sic malitiosa desertio justa divortii causa est.*
- III. *Jus Naturale etiam à parte DEI est immutabile.*
- IV. *Unio prolium jus mutue successionis non confert inter liberos co-
 optatos, nec frater unitus, alterius fratris testamentum, turpè
 persona institutà, per querelam inoff. testam. impugnare pot-
 est.*
- V. *Plures in eadem charta unis iisdemq; testibus adhibitis, & spe-
 cialiter ad hoc rogatis, unoque contextu testari posse, defen-
 demus.*
- VI. *Consensus parentum requiritur ad contrahendum matrimo-
 nium omni jure.*
- VII. *Tam filium quam agnatum hereditatem repudiare posse, ac in
 feudo ex pacto & providentia succedere, multorum est qui-
 dem sententia, sed fortè rectius, qui in solo agnato hoc admit-
 tum, sentiunt, ut filius defuncti, & descendentes alii si feudum
 consequi velint, simul etiam hereditatem adire teneantur, nisi
 consuetudine aliud introductum.*
- VIII. *Decrepita ætatis pater in favorem filii, ut hic investiatur, pa-
 ternum feudum Domino refutat, vivo deinde patre, filius sine
 liberis & fratre decedit, queritur ad quem feudum pertineat?
 ad patrem reverti respondebimus.*



Ad Nobiliss. & Clarissimum

D N. DOCTORANDUM JOH. CAROL. FAUSTIUM.

Quod tuus & GENITOR pariter quoque PATRUUS,
ambo,

Theiologi Insignes docto celebrentur in Orbe,
Et sint Collegæ, præclaro munere juncti,

Laude quidem dignum, nec non Tibi cedit honori;

Ast magis extollit tua Te nunc propria virtus,

Dum Themidis studio Tibi præmia magna parantur,

Quæ non ignavis, qui putrida pondera terræ,

Nil profunt aliis, fruges consumere nati,

Sed dignis tantum, quos clara scientia juris,

Ac vitæ integritas ornant, decernere oportet;

Ex horum numero cum sis Clarissime FAUSTI,

Gratulor inde Tibi! Porro quoque faxit JEHOVA

Felix quam nactus, sit sparta, & crescat in ævum.

ANTON-HENRICUS MOLLENBECTUS, D.

Cod. Prof. Ordin. Fac. Jur. Senior & h. t.

Acad. Rector.

Faustus est felixque status,
litibus carere;

Sed hic mundo inquieto exulat
Status,

Reservatus vitæ futuræ.

Hic illam aspirantes
futuram,

annitimur litibus extricari,

& Studiosi pacis

Lites intendimus, condicimus,
contestamur,

non ut immergamur, sed emergamus;

litibus dedit pacem investigamus;

D

Felix

Felix hic Juris processus:
ab optimo FAUSTO
nostro,

Patris Theologi inelyti maximè:
Filio exoptatissimo,
ostensus,

Perorabit hanc summam feliciter;
meum est

felicicia & faustissima

precari:

votumque subscriptione nominis contestari.

PHIL. LUDOV. HANNEKENIUS D.

PErbenè iustrasti conscripta volumina Legum,
Ut specimen, FAUSTI, quod facis hocce probat.
Perbenè Te reddet Jurisprudencia Clarum,
Ut celebrat Magnum Theiologia PATREM.

*Optimis NOBILISSIME DN. DOCTORANDI
meritis applaudit, Celeberrimoq; ejus DN. PA-
RENTI de FILIO ad Familia gloriam nato
gratulatur, omnigenam felicitatem Utriq; óλοψύ-
χος apprecatus*

BERNHARD. LUDOVICUS MOLLENBECIUS,
D. & Prof.

FAUSTE Tibi litem denunciat Ampla Facultas,
Quâ benè testatâ, Doctor in arte fores.
Gratulor huic cœpto; Sic Magni fama Parentis
Atque decus crescet posteritate tuâ.

*Nobilissimo DN. CANDIDATO Fautori & amico
suo honoratissimo pauca hæc apponere voluit*

SIMON NICOLAUS ORTHIUS,
J.U.D. & Civit. Gislæ Syndicus.

JO.

JOANNES CAROLUS FAUSTIUS,

Per Anagramma:

Tu non aurō, Jus ac Fas files.

Jus verè sanctum est: procul hinc, procul ite profani,
Non nisi sacratos excipit alma Themis.

Turbatur minimo fons limpidus ipse lapillo,
Rectaque, vis facilis flectere curva potest.

Justitiam quisquis castam sedatur amatque
Captus amore auri, justus is esse nequit.

Hæc pede conculcat charum mortalibus aurum;
Cræsi divitiæ non remorantur eam.

Blanditiis nunquam assurgit, nec frangitur irâ,
Inque orbem nunquam flectere se patitur.

Seu *litem* moveat quis, seu *denuntiet* ipsa,
Quod jus, quod fas est intrepide loquitur.

Sic quicumque etiam celebres volet inter Alumnos
Astræ, Clarum nomen habere suum;

Ille Deæ similis, nec formidabile lumen
Horreat, auratos nec metuatve viros!

Ergo *Tuum* meritò *doctum* caput extulit, atque
Inter præcipuos *Te* locat ipsa Themis.

Dum Tu non aurō Jus, ac fas (ecce!) files; sed

Quod Jus, ac fas est; os calamusque docent;
Sicq; Patri similis, scriptis, verbisque potenti,

Et Patruum sequeris, Clarus ubique, *Tuum*
Premia jam vita, vigilatorumq; laborum.

Accipe! sic faustum nomen & onsen erit.

Nobilissimo. Clarissimo atque Doctissimo Domino Disser-
tanti. Conterraneo Fautori & amico honoratissimo
juxta ac dilectissimo paucis hisce
applaudere voluit

M. JOH. NICOLAUS Hardt-Schmidt / Argentoratensis.

F. Ph. W. A.

Ad!

Ad Nobilissimum DN. CANDIDATUM.

Sedula quid possit Juris tractatio monstras
 Quidque labor valeat multus, Amice doces.
 Pulpita dum scandis Doctorum summa Virorum
 Et lites tradis non sine laude fori.

Gloria proveniat major TIBI tempore parvo
 Utque legas fructus largiter inde precor.

M. JOH. LEONH. FROEREISEN, *Argentoratensis.*

Auctori litem quando denunciat alter
 Quid tunc sit Juris, quæris, AMICE, bene!
 Quando quis assidue est, Musarum castra sequutus,
 Quid tunc sit Juris comperiere brevi.
 Gratantur Musæ TIBI nunc, Magnoque PARENTI
 Applaudit Phœbus, totaque docta cohors.
 Surgentis gressus benedictio Diva serenet
 Fœcundetque Gradum gratia Diva TUUM.

Sic

Nobilissimo DN. CANDIDATO, Amico suo percharo vocat

M. JOH. ADAMUS SCHMIDT, *Argentoratensis.*

Qua deceat ratione doces indicere litem,
 Principioque bono cætera cuncta juvas.
 Hoc opus egregium est: sed præmia magna rependit.
 Ob quæ Tu Fausti nomen & omen habes.

Hicce

Nobilissimo, Clarissimo, atq; Doctissimo Domino Candidato gratulatur

M. JOHANNES ANDREAS BEER, *Argent.*

Fastos FAUSTE gradus conscendere tendis honorum;
 Se facilem Giessæ præstat Apollo tibi.
 Præmia nimirum confert condigna laborum,
 Atque tuum merito cingit honore caput.
 Adsit porro tuis cælestis gratia cæptis,
 Famaque, convexo, personet orbe, tua.

Hac

*Ad Nobilissimi ac Præcellentis DN. CANDIDATI, Fautoris, Amici &
 Commensalis honoratissimi, nova honorum auspicia, gratulanti
 animo adicere voluerunt*

CONSALINI





ULB Halle
006 570 356

3



W 1A







B.I.G.

Farbkarte #13

1687/1
17/17

D. D. B. V.

UNCIAM

EM LITIS

ONE INAUGURALI,

DE SOLO DEO,
DECRETO

CTORUM ORDINIS

LVDOVICIANA,

PRO

ENTIA

UMMOS IN UTROq; JURE
RIVILEGIA DOCTORALIA,


OCERVUM ACADEMICORVM

*lice disquisitioni
exhibet*

AROLUS FAUSTIUS,

entoratenfis,

iii Ann. MDCLXXXVII.



Æ HASSORUM,

HERMANNUS KARGERUS, Acad. Typog.

G.

67

